



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Reliquiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

bus suo vsui deputatis, non tamen per modum vltimæ voluntatis. cap. 27. num. 260.

RELIQVIAS falsas ponens adorandas pro veris, peccat mort. Idem qui vtitur falsis, vel veris pro turpi quæstu: vel nouis nõdum approbatis ab Episcopo: aut vtens reliquiis etiam veris, vana obseruatione & superstitione. cap. 11. num. 35. & num. 6. & cap. 17. num. 169.

RENUNTIATIO, facta sponte à filio cum iuramento, obligat in conscientia licet enormissimè lædatur: Secus in foro exteriori, vbi præsumetur dolus. cap. 17. num. 152.

De renuntiatione beneficij ad cuius titulum aliquis ordinatus est. vide tit. Beneficium. & tit. Ordo.

REPETITIO non potest fieri de dato ob delictum. Imò nec de dato ob actum turpem libidinis. cap. 17. num. 39. §. 2. Secus de dato pro ludo, contra leges Hispaniæ. ca. 20. num. 17.

Potest repeti quicquid datum est viro vel feminæ, ne faciat id quod aliàs tenetur non facere, vel vt faciat quod tenetur ex iustitia vel alia quacumque virtute facere. cap. 17. num. 33.

REPRESALIAS concedens, vel extendens ad Ecclesiasticos, vel eorum bona, manet excommunicatus, nisi intra mensem reuo